



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Maxellendis V. M. 13. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

12. Nov.
im pr.
suo po-
tlam ad
xisse pu-
RTINVS,
christum
lit, ita
n Chri-
ti ad se
ret, fa-
Exter-
malum
labores,
placuit
in plau-
; tamen
voluit.
iit. Ex
extre-
ifsu uni-
nisi &
une bo-
iter im-
g. hom.
embrys.
olefcens
amare
tam si è
arillima-
entelo,
& mo-
r suffe-
piss.

13. Novemb. VITÆ SANCTORVM. 555

pisse. Mequidem judge his omnibus imperavit ultima in generoso adolescentे animi demissio, quā nobilissimus æqualium suorum flosculus ad infima etiam obsequia descendere non erubuit, neque jam aut calceos purgare , aut purgatos inducere aliis abhorruit. Talis facile regis Dagoberti(cujus inter ephebos agebat) oculos cepit, tunc præsertim ,cūm dormienti cælum inusitatâ luce advigilare perspexit. Nam post hoc ipsorum Superum testimonium non potuit quin castissimè amplexatus dulcissimèque deosculatus CVNIBERTVM in filium rex adoptaret. Sed ambivit nobilio-rem hereditatem cæli capax animulus , mundoque valere iusto, Dao & aris se addixit. Ab his ad Pontificatum Coloniensem electus est ,bonis utique aribus; quando sacrificantis capit ambire candidissima è cælo columba visa est. Obiit cæli delicium, & amor civiuni, anno DCLXIIII. & amare se vicissim hos mortuus ostendit,cùn grassantem urbe ignem, & jam D. Petri basilicam expugnantem, presfit domuitque. Neque mirum hoc nobis videtur;maiores & Veneris flamas puer jam vicit. Ex Surio. His qui ex Deo sunt, omni te obedientia & hu-militate substerne, ut qui in te Christum querunt, Christum inveniant, & in mansuetudine , quam exterius viderint, auctorem mansuetudinis in tue mentis solio presidere deprehendant. S. Pet. Dam. q. 6. Epist. 30.

S. MAXELLENDIS V. M. 13. Novembris.

S Vpra & sexum & ætatem MAXELLENDIS Ca-
meracensis virguncula sapuit , crepundia
ita, quidquid magnum orbis oculis ostentat, & ge-
neroso fastidio omnia terræ nauiscans, uni cælo

Aa' z

271.

arridens. Quid, quod necdum viro, sed celata
matura se lubens volens huic despondit? Ita-
que serò nimis posteà filiam in manus dare Hart-
tuino juveni nobili & prædiviti parentes con-
siderunt. Noctem enim illa pro consultatione
cùm petiisset, eique qui optima suaderet, Tute-
laris Angelus interveniasset, in eam denique sen-
tentiam virgo animus ivit, ne detrimenti quid-
quam virginitas caperet, omnia & agere & pati,
quoniam vitam potius ipsam quam pactam Christo
fidem prodigere. Nec multò pòst, duce pessimo
amore, bellum movit virginitati Hartuinus, &
cùm absentibus parentibus ædes castissimas ex-
pugnasset, proditæ ab ancillulâ MAXELLENDI, & è
latebris protractæ, ubi florem non potuit, vitam
abstulit. Verùm, ut videret sub quo stipendiome-
teret, oculos eo ipso in loco amisit, nec nisi post
tertium annum, quando ad tumbam virginis ve-
niā sceleris rogavit, recepit, reapse id edoctus,
quod nequaquam Poëtæ mentiantur, tyrannum
esse Amorem & cæcum. Ex Surio.

Hec nostra Christianitatis stemma est, ut amanti-
bus vicissitudinem, ledentibus patientiam rependa-
mus: qui ergo fuerit patientior ad injuriam, potenti-
or constituetur in regno. Non enim ad imperium ca-
lorum peruenitur superbiæ & divitias, sed huius-
pauperie, lenitatem. S. Maxim. serm. de S. Mich.

S. H O M O B O N V S C O N F. 13. Novemb.

Fecit Homobonus nomini vitam respondere.
Neque adeò huic rei conjugium, quo impli-
catus fuit, neque mercatura, quam exercuit, ob-
stítit. Quia tum demum non sterilem se putavit,
cùm patrem illum miseri appellarent tum; lucrum